


ORATIO
REVERENDI
EXCELLENTISSIMI
ET CLARISSIMI VIRI, DN. DAVID
RUNGII, SS. THEOLOGICÆ D. ET IN
celeberrima VVittebergensium Academia Pro-
fessoris, & Alumnorum Electoralium
Inspectoris dignissimi &
fidelissimi

MEMORIÆ
habita

Die 27 AUG: ANNO CHRISTI M. DC. IV.

à

M. ERASMO SCHMIDT
Græc. L. in eadem Acad. Professore.



WITTEBERGÆ,

Typis M. Georgij Mulleri

ANNO M. DC. IV.

Z d
7342

X 2225023

QR 268 34



ORATIO

REVERENDI

EXCELENTISSIMI

ET CLARISSIMI

ACADEMICI

SENATUS

UNIVERSITATIS

ALMA MATER


WITTEBERGENSIS

M. E. M. O. R. I. E.

ANNO CHRISTI M. D. C. C. C. L. X. V.

FRANZMO SCHMIDT

Acad. Professor.



Typis M. Georgii Müller

ANNO M. DC. C. C. L. X. V.



ORATIO FV NEBRIS.



S Inquam ad dicendum accessi ti-
midus, certè nunc maximè animum meum
timore percelli sentio. Movet enim me par-
tim loci hujus insolentia; partim Illustrissi-
morum, Nobilissimorum, Reverendorum,
Consultissimorum, Excellentissimorum, Pru-
dentissimorum, Humanissimorum, omnisq; eruditionis genere
ornatissimorum Auditorum præsentia; partim quæ mihi est di-
cendi tenuitas; præcipuè verò materiæ propositæ gravitas. Venio
enim dicturus, non de rebus gestis in novis Insulis, quæ partim
parum ad nos spectant, partim fabulosæ ad nos perferuntur: non
de Pyramidibus Ægyptiis, aut Mausoleo Cariæ, quæ temporis
diuturni edacitate jamdudum sunt consumpta, vel saltem insi-
gniter corrupta: non etiam de Hercule, Achille, aut Alexandro
Magno, quorum virtutes uti magnæ & insignes exstiterunt, ita
etiam cum magnis & insignibus flagitiis conjunctæ, & à veri Dei
agnitione ac Fide sejunctæ fuerunt. Sed de eo Viro venio dictu-
rus, qui nuperrimè nobiscum vixit: cujus memoria quotidie no-
bis refricatur: cujus monumenta præclara, nulla vetustas abole-
bit: cujus obitus præmaturus, nobis omnibus, imò toti Ecclesiæ
Dei est luctuosissimus: cujus deniq; virtutes cum vera pietate &
fide conjunctæ, meritò sunt decantandæ, & Juventus, imò cu-
jusq; ætatis homines ad eas æmulandas excitandi. Cujus nomen
etiamsi nunc in vestibulo non exprimerem: nemo tamè vestrum
esset, opinor, qui non statim R U N G I U M ominaretur: de quo
deq; virtutibus ejus, in tam splendida corona dicere, quàm gra-
ve sit, quiq; apud animum reputate vestrum. Etenim ut de medi-
cam, sive inopem meam dicendi supellectilem, sive aliarum oc-
cupationum varietatem ac multitudinem, sive ipsam materiam
confidero: non dubito, quin manes Rungiani, à Demosthene a-
liquo, quàm à me laudari malint: sicut Alexander ab Apelle po-
tius, quàm ab alio quopiam voluit pingi.

Utut autem hæc omnia animum meum non leviter ex una
parte perturbant: ex altera tamen, & favor vester, quò antea di-

centem profecuti estis, me solatur: & pietas in Collegam conjunctissimum excitat: & bonorum virorum approbatio munit.

Et quanquam alium Vos libentius audituros, nullus dubito: tamen quia, ut dixi, & pietas amorq; in Collegam amicissimum me jubent, & non pauci bonorum virorum studium meum approbarunt; aggrediar, vestra pace, ad dicendum, ne meum officium ei defuisse videatur, cui illud deberi, & boni quiq; existimant, nec ipse diffiteri possum. Atque sic ego statuo, Auditores, à me nunc pietatis potius quàm ostentationis; querelæ, quàm eloquentiæ; doloris, quàm ingenij partes esse susceptas. Itaque si exspectationi vestræ non respondero: peto à Vobis, Illustrissime Princeps AUGUSTE, Rector Magnificentissime, Domine clementissime, nec non ProRector Magnifice, Illustres & Generosi Barones, Viri Strenui & Nobilissimi, Reverendi, Consultissimi, Excellentissimi, Prudentissimi, Clarissimi, & Humanissimi, Tuq; juvenum Nobilissimorum, & multiplici doctrina ornatissimorum Corona, quibus omnibus pro Augustissima & honorificentissima præsentia & subjectas & debitas ago gratias, peto inquam à Vobis, ut tantum veniæ mihi nunc largiamini, quantum pro dolori largiendum putatis. Neque enim officio conjunctior dolor esse potest, quàm hic meus, ex Hominis, quicum conjunctissimè (utinam pluribus annis) vixi, morte exortus. Dabo ego operam, ut Vestra benevola audiendi patientia me non abusum fuisse intelligatis.

Ut autem inde dicendi initium faciam, unde pleriq; solent: Natus est noster DAVID RUNGIVS, anno 1564, die Novembris 28, in oppido Pomeraniæ Gryphiswaldia: quod oppidum Academia anno 1456, die Octobris 17, à Wartislauo nono, Principe Pomeraniæ instituta, dudum celebre fecit. Sic ergò in complexu Academico genitus, non exigua adeptus est à puero ad eruditionem atq; virtutem adminicula: quibus si exemplo RUNGII, uterentur omnes, qui in Academicis gremiis hanc lucem primùm hauserunt: fortè minus esset, quod de juventute malè educata, & beneficiis in aliquos non rectè collocatis conquereremur.

Etsi autem non parum gloriæ adfert, in gremio Academico natum fuisse: tamen longè majorè gloriam, coram Deo & Mundo sibi duxit RUNGIVS noster beatus, se mox in hanc lucem editum, desideratissimæ Patriæ nostræ, quæ est Ecclesia, per sacrosanctum

erosanctum Baptismum, insitum, & civem regni Dei in his ter-
ris, factum fuisse, atque pietatem quasi cum lacte materno im-
bibisse.

Parentes habuit honestissimos: Patrem quidem, JACO-
BUM RUNGIIUM, Theologiae Doctorem, & in Academia Gry-
phiswaldensi Professore, & Pomeraniae Occidentalis Super-
intendentem, uti nunc loquuntur, Generalem, Virum, uti par-
tim ex programmate publico, cum ad sepulturam efferretur hic
noster, affixo, partim ex Concione funebri, partim ex fide dignis
relationibus, partim ex monumentis ejus pater, pietate, virtute,
doctrina, prudentia, judicio, & autoritate, apud suos, imò & ex-
teros, incredibili: Matrem verò, foeminam praestantissimam
CATHARINAM GERSONIAM.

De his Parentibus honestissimis, meritò habuit quod sibi
gratularetur RUNGIIUS. Quò honestiorem autem sibi origi-
nem esse intellexit: eò majore cura studioq; cavendū sibi duxit,
& quasi imperavit, ne quid ortu suo committeret indignum: se-
cus quàm illi, in quos quadrat tritum illud, ἡρώων τέκνα πηματα.

Si quis nunc fortè in hoc cœtu sedet emissarius Pontificius,
(uti in ingressu videre mihi aliquem videbar) aut Jesuita aliquis
hæc auditurus est, illi statim hæc animo surget sententia: Egre-
gias verò audio laudes RUNGII, ex ejusmodi Parentibus nati,
quorum conjugium sanctissimus Romanus Papa damnavit. Sed
heus bone vir, etiamsi millies Romana meretrix sacrosanctum
Dei ordinem damnet: tamen nobis satius est, Scripturam Δεό-
πνευσον, quæ Episcopum seu Sacerdotem, maritum unius uxo-
ris disertè describit, audire, quàm edictis AntiChristi tui move-
ri. Et longè nobiliorem ortum judicamus eorum, qui ex honesto
& casto Sacerdotum Conjugio prodierunt, quàm istorum, quos
vestri patrati patres ex concubinis & scortillis, sibi genuerunt fi-
lios aut nepotes. Sed hæc ab aliis uberius dudum dicta. Redeo
ad RUNGIIUM.

Is præter Sorores quatuor, quarum una, morte præmatura
abrepta, reliquæ verò tres honestissimè elocatae fuerunt, Fratres
quoq; habuit totidem, omnes se ætate majores, Viros quæ pie-
tate, quæ honestate, quæ eruditione, quæ rerum usu multiplici,
praestantissimos; JOHANNEM, Medicinae Doctorem, & in au-
la Wolgastana Archiatrum, simul & Stetini Physicum, ut lo-
quuntur

quuntur, Ordinarium: JACOBUM, Patri cognominem, in aula Wolgastana ærarij Præfectum: FRIDERICUM, Theologiæ Doctorem, & in Academia Gryphiswaldiana Professore, ac diœceseos illius Superintendentem: & deniq; DANIELEM, Juris utriusq; Doctorem, & in Academia Gryphiswaldensi Professore, aulæq; Wolgastanæ Consiliarium. Inter hos, natu maximus JOHANNES jam aliquantò antè ex hac vita in alteram meliorem commigravit: tertius in ordine FRIDERICUS vix octiduo ante DAVIDEM nostrum, beatè hisce terris valedixit: cum paucis diebus antè, noster DOCTOR DAVID domi cum invisisset, & ægrotantem Gryphiswaldiæ reliquisset: cæteri qui adhuc in vivis sunt, ut diu beneq; sint, precamur, quò VIDUA RUNGIANA honestissima, quæ nunc abitum meditatatur ad suos, plus solatij & opis in statu suo moestissimo, cum Filiola missella percipere queat.

Horum Fratrum suorum, non minus quàm Parentis exemplo luculentissimo, noster ille Beatus, ad omnem virtutem & pietatem excitatus, omnes nervos in id intendit, ut & Parentibus & Fratribus gaudio atque honori esse posset: nefasq; duxisset, aliquid, quod vel Parentibus ingratum, vel Fratribus opprobrium esset, vel se degenerem ostenderet, perpetrare, atque ita familiæ laudatissimæ honorem contaminare.

Hæc omnia sive singilatim sive conjunctim considerata, etsi ejusmodi sunt, ut laudem & admirationem mereantur: tamen cum *O genus, O proavos, O quæ non fecimus ipsi, vix ea nostra putet* Ulysses Ovidianus: plura de his huc afferre supersedeo, & ad ea potissimum transeundum censeo, quæ RUNGII nostri sunt propria.

Ea etsi quàm plurima sunt: ex illorum tamen numero, tantum de ipsius indole, studiorum cursu, officio, & morte deniq; dicam: secutus præceptum Platonis in Menexeno, qui viros illustres defunctos inde laudandos censet, unde boni fuerunt existimati: & ubi generosam ipsorum originem primùm commendaverimus, postea educationem & institutionem, & post hæc, quàm præclara & se maximè digna facinora ediderint, percensere jubet.

Mira statim eluxit ex RUNGIO nostro ingenij naturæq; indoles, quam cum Parens optimus animadverteret, mox eum, uti
reli-

reliquos suos filios, ad omnem pietatem virtutemq; assuefacere sedulo allaboravit. Cumq; ætas adhuc tenera esset, domestico suoq; ipsius exemplo illum excitare studuit: ratus nimirum Vir optimus, non facile ad pietatem & virtutem reduci posse eos, qui pueri pravis exemplis domesticis, quorum vis maxima est, seducti, à vero tramite aberrarunt: nec facile sanari posse animos eorum, quorum puericia malâ educatione corrupta, callum nequitiae obduxit: non minus quàm in corporibus nostris, primæ Coctio- nis vitia, neque in secunda neque in tertia corrigi possunt. Quod utinã omnes Parentes apud animum suum, uti debebant, reponerent: non haberemus, cur toties & tantoperè corruptionem nostri seculi deploraremus. Sed tanta est hodie Parentum non paucorum stoliditas, & ferè insanus in liberos affectus, ut existiment, se eos amare non posse, nisi ad omnem improbitatem illis conniveant, & cuius contumaciæ pueriles annos præ- tendant. Quin & eò nonnulli impietatis processere, ut de improbitate filiorum gaudeant, eamq; laudent. Quòd si execrationibus & blasphemis valent; cum approbatione & applausu, egregios illos aliquando heroes futuros, ridendo vaticinantur, & ut Germanicum verbum sonat, ANIMOSOS GALLOS: de patibulo nimirum, vel rota aliquando cantaturos, & ad carbones tartareos, ni resipiscant, assandos.

Longè alia mens fuit pio Patri JACOBO RUNGIO, qui Spiritus sancti Ethica edoctus, quò ardentius filios suos amavit, eò accuratiore studio eos educavit.

Postquam ergo RUNGIUS noster, pietatis & artium dicendi fundamenta, partim in ædibus paternis, partim in Schola patria laudabiliter jecit: uberioris ingenij cultus causa, Stetinum fuit missus, ubi in Illustri Pædagogio per triennium integrum, ita in curriculo studiorum perrexit, ut inde ad Academiam patriam revocandus à Parente judicaretur. In qua cum itidem triennium stadiis impendisset, Rostochium missus, annum unum ibi est commoratus. Hinc Tubingam ablegatus, virtute & industria sua meruit, ut ab Illustrissimo Principe ac Domino, Dn. LUDOVICO, Duce Wirtembergico laudatissimæ memoriæ, Stipendio munifico donaretur, quo bienniũ cum semestri ita fuit usus, ut nec Principem optimum beneficij, nec Rungium officij pœniteret unquam.

Hujus munificentia Illustris, RUNGIUS noster, uti

uti erat beneficiorum quorumvis tenacissimè memor, perpetuam memoriam retinuit, eamq; sæpius grato animo deprædica-
vit.

Non Tubingæ autem tantummodò, sed & in reliquis mo-
dò dictis Academiis ita vixit, ut singularis pietatis, virtutis, dili-
gentiæ, modestiæq; exemplum esset, suorumq; Præceptorum
favorem sibi abundè conciliaret.

Ex studiis, cui potissimùm se dicaret, non tantum Patris &
avii Fratræ exemplo ductus, sed etiam occulta δρμη à Spiritu
sancto, qui organo hoc in Ecclesia uti volebat, impulsus, elegit
THEOLOGICUM: idq; non tractavit segniter aut negligenter,
non etiam ἀμεθόδως, aut perversè. Sed cum hoc studium subli-
me planeq; divinum esse intelligeret: ea prius adminicula sibi
comparanda ratus est, quibus ad sublimitatem illam, Deo ju-
vante, feliciter tendere posset.

Itaque ante omnia Linguas eruditas studiosè didicit, Latī-
nam, Græcam, & Hebræā, in quibus tantum profecit, ut absq;
interprete, harum Linguarum libros, præcipuè Veteris & Novi
Testamenti Codices, legere & intelligere, & si qua ἐμφατικώτε-
ως dicta ex proprietate Linguæ erant petenda, solertissimè erue-
re & enucleare potuerit.

Præter Linguarum studium, non pœnitendā etiam operam
impendit Artibus liberali ingenio dignis. Vidit enim homo sa-
gacissimus, Dominam hanc generosissimam & divinissimam,
famula fideli & industria opus habere. Vidit, quantum admini-
culi adferret sobrius sobriæ Philosophiæ usus, ad multorum lo-
corum sacræ Scripturæ genuinam interpretationem. Vidit, peri-
culosum esse, cum hostibus hac armatura indutis, nudum con-
gredi & inermem. Itaque in hac etiam Artium ingenuarum pa-
læstra, strenuè sibi decertandum & desudandum existimavit.
Neque verò vulgares in ijs fecit progressus, sed ejusmodi, qui
Artificem peritissimum arguere possent. Fecisses periculum
in Logicis, fecisses in Metaphysicis, fecisses in Mathematicis, in
Physicis, in Ethicis, in Poësi, in Historiis, in Musicis, & quibus
non aliis? Solertem invenisses. Fidem meis verbis si derogari
intelligerem, Auditores, partim ad amicas collationes & συζητή-
σεσ, quæ non paucis optimè sunt notæ: partim ad Scripta ejus,
quarum pars aliqua prodiit, aliqua & ea quidem non exigua,
adhuc

adhuc expectatur: partim ad pulpita hæc, quæ vel maximè multiplici eruditioni R U N G I I nostri fidem facere possunt, vos remitterem. Nec leve argumentum præbet summus in Philosophia gradus, Tubingæ ipsi dignissimè collatus: sicut & Poëseos atque Hebrææ linguæ Professio, Gryphisvaldiæ cum summa laude & juventutis utilitate, antequam Wittebergam vocaretur, administrata.

Non satis autem esse, Linguarum tantùm & Artium suppellectile instructum, ad sublime Theologiæ studium accedere, piè ipse secum reputavit, cum quamplurimos hæreticorum, nulla, hac in parte, penuria laborasse sciret: & fieri posse, ut aliquis veram salutis viam aliis monstraret, at ipse tamen reprobus fieret, ex verbo Dei edoctus esset. Itaque præterquam quòd Linguarum eruditarum & artium liberalium laudabilem cognitionem sibi comparavit, simul etiam animum suum rectè ad Theologicum studium præparandum putavit.

Non ergo Ingenij donis, quæ grata mente agnoscebat: non propriis viribus, quarum fragilitatem sentiebat: non propriæ industriæ, quam Carni in divinis socordissimæ maximè adversam sciebat, confidendum arbitratus est: Sed Spiritus sancti gratiam & auxilium sedulò & ardentè imploravit, fretus dulcissima illa Salvatoris promissione: *Si vos, qui naturâ mali estis, dona tamen utilia datis filijs vestris: quantò magis cœlestis Pater, qui unus & totus bonus est, dabit Spiritum S. petentibus.* Hunc igitur studiorum Ducem, hunc Ingenij expolitorem, hunc virium suggestorem, hunc industriæ excitatorem, fidis & assiduis precibus sibi exoravit. Ne autem hunc nobilissimum hospitem contristaret aut excuteret; vita pia, casta, modesta & tranquilla sedulò cavet: & sicubi fortè, uti homin, es sumus, ex imbecillitate hallucinatus esset, seriò apud Deum fiducia Mediatoris unici fuit deprecatus: omnibusq; modis evitare studuit, ne si aliquando alios ad salutem doceret, ipse reprobus evaderet: neve sicut Artifices illi, qui Arcam Noæ tempore Diluvij impendentis condiderant, nec tamen ingressi servabantur, ita & ipse alios ad arcam Ecclesiæ, in qua sola est salus, adducens, ab ea excluderetur.

In primis verò scopum certum & verum, ad quem omne studium cœlestis doctrinæ dirigeret, animo suo præfixit, ne si ab

B

hoc

hoc aberraret, reliqua omnia non tantum inania essent, sed etiam sibi ipsi & Ecclesiae Dei perniciofa. Videbat enim, & Parente monitore perspiciebat, quamplurimos ad scopum verum non attendentes, turpiter aberrare. Quot enim quæso inveniuntur? qui sibi scopum præfigunt Ignaviam; tantumque cuticulam curant; potu ciboque lautissimo ventres distendunt; lusiis, somnoque, licet per horas Canonicas interrupto, & ubi occasio præstò est, Veneri indulgent: parum interea solliciti, quomodo verbum Dei propagetur, ejusque gloria inter homines amplificetur. Exempla suppeditant tot millia Monasteriorum in Papatu, in quæ tot juvenes intrusi, sub cælestis doctrinae studij prætextu, eo quo dixi modo vivunt; ut rarum sit exemplum Monachus pius, ad infinitum penè reliquorum numerum collatus.

Quot inveniuntur? quos Avaricia, omnium malorum radix & mater, studio huic sacrosancto mancipat: qui ideò tantum in cælesti doctrina versantur, ut inde divitias corradant, & *φουταρίου* hujus mundi sibi acquirant. Hinc tot Papatus, qui ad quæstum faciendum comparatus est totus, defensores: hinc tot nostræ veræ Religionis, quæ cum quæstu non est conjuncta, desertores: hinc tot ad Papatum defectores. Quid causæ putas, quòd Jesuitæ, sellæ Romanæ, à magno illo Luthero, divina virtute labefactatæ, nova fulcra suffigere tanto conamine annituntur? Pecunia causa est. Cur pro Igne Purgatorio, qui (Deo sit laus) in nostris Ecclesiis & conscientis planè est extinctus, tantoperè depugnant? Pecunia causa est. Cur tot à nostris Ecclesiis ad Antichristianam deficiunt *πρόσκαρποι*; Pecunia causa est, pecunia inquã, quæ unicus est Papisticæ religionis scopus, ad quæ omisso vero omnes collimant.

Quot rursus inveniuntur? qui sub velo studij sacri, propriam gloriam & applausum vulgi quærunt: quos fastus & superbia eò adigit, ut nova & à verbo Dei aliena dogmata procudere non vereantur, dummodò ipsi hac ratione emergant, asseclas sibi pariant, & mundo innotescant: non interea, curantes, quàm graviter Ecclesiam saucient, quàmve crudeliter lancinent & lacerent. Hinc tot errores, & hæreses, tot schismata, & sectæ: quibus plerisque omnibus, ab Autoribus, in hoc vel illud opinionum absurdarum pelagus ex fastus fastigio præcipitatis, nomina sunt indita: non minus quàm *Icarus Icaris nomina fecit aquis.*

Quot

Quæ avis in
femine

Quo non mortua
sua cogis pectora

Quot denique sunt alij, qui vel ad hunc vel ad illum scopum, neglecto vero, perperam collineant? de quibus omnibus dicere, præsens institutum non fert.

Quò evidentius autem multiplicem hanc à vero scopo aberrationem perspexit noster R U N G I U S: eò diligentius verum illum dispiciendum, & intentius ad eum respiciendū, omneq; studium illuc dirigendū putavit. Illum cum ex Spiritus sancti oraculis, G L O R I A M D E I esse percepisset; non Ignaviam Monasticam, non divitias Jesuiticas, non φαντασίαν mundi, non nominis alicujus præ cæteris singularis acquisitionem, sibi in curriculo studij sacri proposuit, sed Gloriam Dei unice unicam. Hujus causa suscepit, quæ suscepit, omnia: ad hanc contendit solam; hanc voluit defensam: hanc in orbe Christiano amplificatam, omnibus votis exoptavit.

Sic ergò cum ad miniculis Artium & linguarum necessariis sese instruxisset, Spiritus sancti auxilium exorasset, vitæ piæ se dedit, & verum unicumq; illum scopum sibi præfixisset, R U N G I U S noster studium Theologicum in nomine sanctæ Trinitatis est aggressus.

En exemplum habes studiosa juvenus, quæ & ipsa nunc divinum & sacrosanctū hoc studium tractas, vel suo tempore tractatura es. Hoc tibi propone, hoc intueri, hoc imitare, hoc æmulare. Noli cōmittere, quod ij solent, qui perversè studia tractant, & neglectis Linguis Artibusq; , malè viventes, nec opem divinā implorant, nec gloriā Dei curant, atq; ita illotis manibus pedibusq; in sacra mysteria irruunt. Disce potius cum Linguis erudiris, Artes quàm potes accuratissimè: implora auxiliū & gratiam. Spiritus S: vive piè, castè, & honestè: omnia ad gloriā Dei unice dirige: & ita te ad studiū hoc tremendū accinge. Tu cœtus ille es, ex quo Deus sibi electa vasa segregat: Tu officina es in qua, imò & materies ex qua, columnæ Ecclesiæ Dei præparantur. Tu fac, quod speramus, ut ex te Rungios videamus multos: Tu fac, ut filij & nepotes nostri, tuā secundum Deum operâ, veræ Religionis usu gaudeant: Tu fac, ut Ecclesia de *δραστηρίοις* pro nutritione spirituali redditis, sibi aliquando gratuletur.

Hæc cum ad universos, tum præcipuè eos, quos Illustrissimus Saxonæ Elector, liberalissimis stipendiis hîc alit, & in Deum pietas, & in Religionē zelus, & in posteros amor, quin & officij mei ratio, dicere me jusserunt. Sed ad R U N G I U M nostrū revertor.

Quomodo ille in studio cœlestis doctrinæ sese gesserit, paucis etiam est ostendendum. Non erat R U N G I U S noster ἀνοδιδάκτωρ, aut domi latitans, opinionibus suis, quas aliquando ad officium adhibitus propinare aliis posset, sese pascebat, ut quosdam ἀυδάδες φανταςque factitare experimur: sed diligenter auscultabat publicè docentes, quorum etiam familiaritati industria & modestia facillè eum insinuabant: audita publicè, domi repetebat: repetita, memoriæ mandabat: memoriæ mandata, suo loco & tempore ad usum transferebat. Codicem præterea sacrum legendo & relegendo faciebat sibi familiarissimum: ut jam de utilibus scriptis antiquioribus & recentioribus nihil dicam. Utq; eò magis sese ad certamen cum apertis hostibus veritatis ineundum præpararet; sæpissimè in Disputationum publicarum & privatarum velitatione sese exercuit. Testes horum omnium esse possunt, partim Præceptores ejus, quorum adhuc aliqui sunt superstites: partim æquales, quibus cum vixit: partim denique ipsæ, quarum civis fuit, Academia.

Quæ omnia miram & indefessam, meritoq; omnibus imitandam R U N G I I nostri industriam arguunt. Qua etiam per Dei gratiam & benedictionem id est consecutus, ut non tantum eruditionis Theologicæ præclaræ opinionem in animis multorum excitavit: sed etiam præcuntibus Examinis, Læctionis, Disputationis, aliisque solitis, quæ egregiè sustinuit omnia, tentaminibus, Sacrosanctæ Theologicæ D O C T O R (quæ dignitas ab Apostolica proxima est) in hac ipsa Academia, cum laude sui ipsius, & Academiae nostræ honore, publicè crearetur & renunciaretur: quod Anno 1594, factum esse, plures adhuc, opinor, meministis.

Non longè post, anno nimirum sequeunte millesimo quingentesimo nonagesimo quinto, huc ad Professionem Theologicam vocatus, eandem Deo triuno auspice acceptavit: atque ita Deo & Ecclesiæ in officio vocationis legitimæ, pro viribus inservire est annixus. Hancq; vocationem tantifecit, ut sicut eam Deo trahente fuerat secutus; ita quoque in eadem persistere voluerit semper. Ac licet sæpius vocaretur aliò, nunc Wolgastum ad munus Præposituræ: nunc Rostochium, in excellentissimi Theologi D A V I D I S C H Y T R Æ I locum: nunc ut ad officium, quod Parens olim administrarat, Gryphisvaldiam se conferret, solici-

solicitaretur: quia tamen, Electore Saxoniae manere iubente, & vocatione, quam olim huc secutus fuerat, discedere, nefas sibi duxit: maluit in legitimae vocationis officio perdurare, quam aliò, tametsi haud dubie splendidiore sorte frui potuisset, se conferre.

Qua fide, quaque diligentia, Officij sui partibus omnibus praefuerit, testis es, ó alma Mater Academia: quin & tu testis es, hujus loci Ecclesia.

Lectiones ea diligentia, fide, & accurato iudicio componebat, ut maximum inde fructum ad se redundasse, Auditores diligentes praedicarint, & adhuc praedicent, & praedicaturi sint, quamdiu vivent. Non aliena immiscebat, sed propria tractabat: non obscuris aenigmatibus res involvebat, sed perspicue omnia proponebat: non ociose ad ostentationem, verborum molem, cumulabat, sed necessaria breviter & nervose concinnabat: non auditorem dubium relinquebat, sed controversiam propositam erudite & solide decidebat. Testes praeter alios plures sunt, Genesis, Exodus, & aliquousque perductus Leviticus: utinam totus Pentateuchus.

In Disputando, quantum ejus fuerit acumen, quanta dexteritas, quanta perspicuitas, praeter privatos parietes, haec pulpita testari, & Vos, Auditores, Vobis ipsis testes esse potestis *αὐτανδρα.*

Conciones (nam & harum curae pars non minima, ad ipsum quoque pertinebat) quanta *σεβότητι* & gravitate, cum facilitate atque jucunditate conjuncta, habuerit, ad utriusque Templi parietes & scamna provocarem, nisi Auditorum animos praefereudos ducerem, in quibus temper semina pietatis, doctrinae, agnitionis peccatorum, fidei, & charitatis Christianae reliquit, ut efficaciae Spiritus sancti *ἀναίδητων*, domum se ex Templo rediisse dicere possit nemo, nisi qui segnius auscultarit.

Ad deliberationes Academicas adhibiti, quoties singularem *εὐσεχίαν* admirati sumus? quoties pro prudente consilio ipsi vel tacite vel palam gratias egimus?

Cæterum cum ad hoc officium se divinitus vocatum intelligeret, & eodem fidelissime fungi sibi proposuisset: statuit quoque secum in hoc officio caste & cum bona conscientia Deo inservire. Itaque juxta praescriptum Paulinum, Conjugium me-

diratus est, & uxoris unius maritus esse voluit, quam etiam divina gratia implorata, & re prius benè deliberata, legitimè duxit, eamq; virginè, honestissimã nimirum ac pudicissimã ELISABETHAM, viri Reverendi, Domini BALTHASARIS RAWI piæ memoriæ, sacrae Theologiæ Doctoris, & in Academia Gryphwaldensi Professoris filiam, nunc viduam mœstissimam: ex qua duos, Deo benedicente, suscepit filiolos, & præter hos filiolam ANNAM, solam adhuc superstitem, quam cum tristissima matre vidua, ut Deus pater pupillorum, & iudex viduarum consoletur, meritò preces fundimus.

Ut autem in aliis RUNG IUS meminerat se esse RUNG IUM: ita etiam hac in parte officij sui non fuit immemor. Vixit enim cum uxore exoptatissima castè & ἐυσόργως, cohabitans illi cum omni ἐπιεικεία & mansuetudine: utq; filiola piè & honestè educaretur, quamdiu vixit, annixus est semper.

Ut paucis multa dicam: erat RUNG IUS noster, vir pius, vir doctus, vir prudens, & περὶ ἅπαντα undiquaque.

Quibus omnibus, cum magnam apud multos admirationem sui concitasset: factum est, ut nec levia, nec exigua ipsi demandarentur.

Et enim Illustrissimus Princeps, Dominus FRIDERICUS WILHELMUS, hujus Electoratus Administrator, sanctæ recordationis, Anno 1596, thesaurum hujus Electoratus non postremum, curæ ipsius tradidit, cœtum inquam illum selectorum juvenum, qui Illustrissimi Saxoniae Electoris munifica liberalitate hinc aluntur, & in pietate, artibusq; liberalibus accuratè informantur: quam curam hujus κερκυλίσ sui Serenissimus Princeps ac Dominus, Dominus CHRISTIANUS Secundus, Saxoniae Elector &c: ratam deinceps fecit. Hanc quanta fide integrum octennium gesserit, cum aliàs satis constet; ego nunc meum testimonium prolixè non addam. Hoc verò quin dicam, omittere non possum, me Curæ hujus Collegam exoptatissimum, prohi dolor, amisisse, quem non tam ut Collegam dilexi, quàm ut Fratrem, imò ut Patrem reverenter amavi: quo cum omnes labores, quos cœpi, mihi fuere leves & jucundi: quem nullius prærogativæ affectatorem, nulli πλεονεξία obnoxium fui expertus; quem paterno affectu commissum Alumnorum cœtum prosequi, ex indicijis neque paucis neque obscuris

obscuris perspexi. Quo magis etiam, vix animo meo obducta cicatrix nunc refricatur: non dubito quin & Vobis, qui ex cœtu illo estis, meliores & gratiores, uti plerosq; esse confido.

Rursus cùm anno 1601, Colloquium cum Pontificiis, ab Illustrissimis Principibus ac Dominis, Domino PHILIPPO LUDOVICO, Palatino Rhœni, & Bavariæ Duce &c. & Domino MAXIMILIANO Palatino Rhœni, utriusq; Bavariæ Duce &c: Ratisbonæ esset institutum: etiam hæc provincia, ab Illustrissimo Saxonix Electore, RUNGIO nostro, uti & magno illi quondam ÆGIDIO HUNNIO *Ἐπίσκοπος Ἰωάννης*, fuit delata. Quantum autem in hoc Colloquio uterque horum incomparabiliū Theologorum præstiterit, & Acta illius, & alia scripta de eo edita loquuntur.

Rursus cùm superiore anno proximo 1603, insignis ille Theologus, quem nunc nominavi, Doctor ÆGIDIUS HUNNIUS, Ecclesiæ hujus Antistes venerandus, & Academiæ nostræ decus singulare, morte, sibi quidem beata, bonis autē omnibus intempestiva, luctuosa, & peracerba, ex hac vita emigrasset: Illustrissimus Saxonix Elector, CHRISTIANUS Secundus, Te, Illustrissime Princeps ac Domine, Domine AUGUSTE, Dux Saxonix &c: Domine Clementissime, Rector hujus Academiæ nostræ Magnificentissime, curæ, inspectioni, & quoad pietatem, informationi RUNGII, accuratè commendavit. Quæ omnia quanta fide administrarit, tu Augustissime AUGUSTE Princeps, testis unus sufficis pro multis. Hoc tantum ego nunc addo, RUNGIIUM nostrum, etiã in morbi sui gravissimis insultibus, tamen curam tuam nunquam deposuisse, sed sæpissimè Te Tuamq; totam familiam Illustrissimam Deo Optimo Maximo precibus ardentissimis commendasse, ac pro Tua Tuorumq; omnium salute & incolumitate orasse.

Taceo nunc, semel Rectoratum, altera vice ProRectoratum, dexterrimè administratum: ubi utrobique & gravia & intricata negocia ita expedit, ut vel hinc prudentia Rungiana sæ testimoniis habeat.

Taceo etiam exteros juvenes, peculiari inspectioni, ab Illustribus quoq; personis commendatos: quibus omnibus quomodo præfuerit, ipsi grato ore loquentur.

Taceo

Taceo & ea, quæ, antequam ad nostram Academiam accerferetur, anno 1593, in Synodo Stetinensi, & alibi, præclare egit.

Taceo reliqua, quæ omnia si proferre vellem, vel vestra audiendi patientia abuti, vel R U N G I I virtutes in dubium vocare videri possem, cum vel me tacente, R U N G I U S Vobis satis fuerit notus, R U N G I U S inquam, cujus similem non tam sperare, quam optare nobis licet. Optat Agamemnon apud Homerum, decem Nestores, quorum prudenti consilio & impigra opera uti posset. Nos si decem R U N G I O S haberemus, non esset nunc, quod vel Lipsia, vel Rostochium, vel Jena, vel nostra etiam Witteberga, tam sollicitè homines quæreretur.

Talis autem tantusq; cum fuerit R U N G I U S: idem tamen, quod alij omnes homines à condito mundo hucusque fuerunt experti, ipsum quoque experiri oportuit: & cum ex mortalibus Parentibus natus esset mortalis, mortem quoque evitare non potuit. Cum enim ex itinere Pomeranico, quod & socrus, & Fratrum, & Sororum, & aliorum Amicorum visendorum, quin & quæ cum illis sibi intercesserant, gravium negotiorum expediendorum causa, Mense Majo proximo, rogatus susceperat, Wittebergam contenderet: ecce Berolini febris malignæ initia vehementiora sensit: indeq; properantiore rheda huc cum febris ista est advectus: ad quam subinde invalescentem, alia symptomata, ut fieri solet, accessere, eaq; gravissima, præsertim fluor alvi, vigiliæ continentes, susurrus capitis, Syncope: quæ corporis vires magis magisq; quotidie afflixere. Quò violentius autem corporis vires prosternebantur, eò fortius & Fides, & Patientia, & Spiritus alacritas invaluere. Testes esse possumus *ἄνθρωποι*, qui decumbenti sæpius adstitimus, nonnulli & morienti. Testis esse potest Sacrosanctæ Cœnæ dignissima cum desiderio fruitio. Testes quoque esse possunt duæ illæ ardentissimæ precatiunculæ, quas durante morbo, ipse propria manu sibi præscripsit, & præter alias, subinde devotissimè repetiit, quas audire Vos ne pigeat, oro.

Prioris hæc sunt verba: *Omnipotens, æterne, vive Deus, Pater Domini & Salvatoris nostri Jesu Christi, unà cum Filio & Spiritu tuo Sancto: Sapiens, sancte, & potens Deus, gratias ago tibi humilimas, quòd me, infinitis cumulatum donis animæ, corporis, & fortunæ, ad hunc terminum ætatis*
mea

mea clementer perduxisti. Minor sum Domine Deus omnibus miserationibus tuis, & veritate, quam mihi implevisti. Et quia nunc magna corporis aegritudine, te volente, laboro: (quid enim fiat sine voluntate & nutu tuo?) ideo te per viscera misericordiae tuae adoro, si adhuc sum utilis Scholae & Ecclesiae Christianae, restitue mihi amissas vires animi & corporis, qui potes suscitare mortuos. Tu Jesu Christe, da ut sis cor meum unicum, & solatium in hora moris, vel sana me Verbo tuo, sicut dicitur: Non herba, non malagma, sed verbum Domini sanavit eos. Tu Spiritus sancte Deus, in aestu refrigerium, in fletu solatium, da ut horam mortis meae lato expectem & superem animo. O misericordissime Deus, projice peccata mea in profundum maris, ne eorum in aeternum ulla sit memoria, meque indutum fide & Christo, consolare, sustenta, erige contra infirmitates carnis, & tentationes Diaboli. Hoc, te supplex oro, da mihi Deus, fretus verbo tuo, Psalmo 27, Mein Herrs heil dir für dein Wort: Ihr sollet mein Anelich suchen. Si debemus hoc facere, tu cura, ne frustra fiat. Psalmo 50, Invoca me in die tribulationis; Ecce haec est dies tribulationis & angustiae Domini: filij venerunt ad partum, & non vires pariendi. Eripiam te; exsurge Deus, usquequò? revertere & eripe animam meam. Et glorificabis me; non mortui laudabunt te Domine, neque qui descendunt in foveam: Sed ego vota mea reddam Domino, coram tota Ecclesia, & docebo iniquos vias tuas, & impij ad te convertentur. Amen, amen, Jesu Christe, in quo sunt omnia Amen, fac & hoc Amen. Bonus & misericors est Dominus. Haec una est.

Altera sic habet: O Domine Jesu Christe, Fili Dei vivi, ego aeger & infirmus ad medicam manum tuam confugio. Tu Domine potes me sanare, tu Domine non abicies me in ira, ne languescat fides mea de divino auxilio, adesto citò propitius & miserere. Remitte mihi omnia peccata juvenilis & virilis aetatis, propter quae sanguinem tuum effudisti. Accende mentem meam lumine tui Spiritus, & vivifica consolatione.

C

Et

Et si Domine bonum est in oculis tuis, conserva me adhuc aliquandiu inter vivos: Misere uxoris & filiola.

Hæ preces Rungianæ, an non Fidem abundè arguant? an non patientiæ præclara indicia habent? an non alacritatem spirant?

Ne verò in lingua & calamo tantùm nata hæc verba quis profanior putaret: piissimus Deus etiam Spiritus Sancti in corde habitantis virtutem & efficaciam, per tentationes haud leves notam omnibus fecit, ex quibus eodem Spiritu Sancto προμαχος & Duce, ita eluctatus est, ut & Deum glorificaverit ipse, & nos meritò laudemus omnes. Solet Deus, Dominus ille Zebaoth, ad exemplum Imperatorum prudentum, qui milites generosissimos & fortissimos in ea parte aciei locant, ubi hostes impressionem maximè minantur, Electorum suorum fidem & constantiam haud levibus periculis exponere: id quod exempla omnium Sanctorum, præcipuè Davidis & aliorum Prophetarum, quin imò & ipsius Filij Dei, abundè comprobant. Neque tamen in medio tentationum periculo eos deserit, sed pro fidelitate sua, per Spiritum sanctum vivificam consolationem in corda eorum profatur, & tandem victores corona justitiæ & beatitudinis æternæ, quæ omnibus Sanctis est reposita, propter Filij unigeniti meritum, donat. Quæ spe erectus noster R U N G I U S, post superatas Dei gratia hæc tentationes, uti antea factitabat, ita nunc quoque multis variisque, cum aliorum piorum, tum in primis Divi Lutheri cantionibus, utpote singulari Spiritus divini gratia animatis, suam Fidem, Patientiam, & Alacritatem subinde excitavit, adeoque in cantando fuit deinceps multus, ut voce & spiritu tandem intercanendum deficeret, & ad Musicam cœlestem, quam hic moriturus inchoaverat, in omnem æternitatem cum beatis Angelis & hominibus continuandam, ex hoc mundo evocatus, placidè exspiraret: quod VII. die Julij sub XI horam noctis factum esse scitis.

Atque ita beatissime R U N G I, cui nunc præter ultimum VALE dicere nihil possumus, tu cœlestem patriam repetiisti, nos in hoc orbe tristi & maligno reliquisti. Tu qui Nestoreos annos vivere eras dignus, heu præpropere nimis morte es abreptus

reptus : quæ si decrepitem, sustulisset, fortè non esset, quod
nunc Academici Patres Collegam, tantoperè desiderarent;
Ecclesia Antistitem amissum ingemisceret; Vidua Maritum, or-
ba filiola Patrem lugeret. Jam verò cum adeò præmaturo fato,
anno videlicet ætatis quadragesimo currente ablatum sis, etsi te-
cum quidè præclarè est actum beateq; : nobis tamen inde publi-
cus dolor haud vulgaris est exortus. Habet quod doleat, Acade-
mia: habet Ecclesia, habet vidua, habet filiola, habent boni quiq;
Eoq; magis, quod doleamus, habemus, quò plures Academia no-
stra, brevi tempore amissos desiderat. Nondum elapsum est bien-
nium, cum Schola hæc Jubilæum primum solenniter perageret,
Deoq; pro conservatis omnium Facultatum studiis cum Religi-
one intemerata, gratias publicè ageret: & tamen tam brevi spa-
tio, tres præcipuos Academia nostra viros amisit, & eos quidem
ex eorum numero omnes, qui publicè solennitatem illam Jubi-
læam exornarunt. Anno enim superiore, die decimosextimo
Martij, vir præstantissimus, DOMINUS ANDREAS SCHATO,
Medicinæ Doctor & Professor, ejusdemq; Facultatis Senior ho-
norandus, & tuus, Ô Illustrissime AUGUSTE, archiater fide-
lissimus, qui suæ Facultatis nomine, Jubilæam post alias Ora-
tionem, in Arcis Templo habuit, ex hac vita in cœlestem
emigravit. Quem mox, nondum, tribus septimanis elapsis,
die quarto Aprilis, subsecutus est Vir ille incomparabilis,
ÆGIDIUS HUNNIUS, Sacrosanctæ Theologiæ Doctor
ac Professor, itemque suæ Facultatis Senior venerandus, &
Ecclesiæ hujus Superintendens vigilantissimus, & tuus, Ô
AUGUSTE Augustissime, in pietate informator diligen-
tissimus, qui primam, à Concione sacra, à Te Reverende
Doctor GESNERE habitam, Jubilæam Orationem, suæ Fa-
cultatis nomine, in eodem Arcis Templo recitavit: & nunc
proximè RUNGIIUS ille noster beatissimus, cui in ipsa
Jubilæa solennitate, Te Illustrissime AUGUSTE, volen-
te & jubente, ProRectoratus in dicto Arcis Templo, publi-
cè committebatur. Ut jam non dicam, quot quantosq;
Viros intra hoc tempus amissos lugeat vicina Lipsia, quæ-
rat Rostochium, desideret Jena, & quæ non loca alia?

Hoc nimirum est Jubilæum celebrare! hoc est *πρὸς ἀχολίαν* in medio fervore pugnae amissis, *ἐπιβίβιον* canere? Nimis verè nunc dicimus cum Jeremia: *Senes de porta cessaverunt, & juvenes à cantico suo: cessavit gaudium cordis nostri: versus est in luctum chorus noster: cecidit corona capitis nostri. Væ nunc nobis, quia peccavimus: propterea mæstum fuit cor nostrum: propter ista obtenebrati sunt oculi nostri.*

Sed utut mœreamus, lugeamus, & plangamus: nulla tamen ratione beatum nostrum R U N G I U M, vel quos desideramus reliquos, revocabimus. Neque etiam ipsorum Manes luctum tantum à nobis requirunt, cum in statu cœlestis beatitatis nunc versentur, & sacrosanctam Trinitatem de facie ad faciem contemplantur, imò in ipsa sint fidissimi Dei manu, ubi nullus eos dolor cruciabit: id quod meritò illis gratulamur.

Ethnicis olim persuasum fuit, nisi sufficiente suos defunctos fletu prosequerentur, capillosq; resectos tumulo inijcerent, aliaq; id genus *θεοιδάμωνα* facerent: non esse illorum. Manibus quietem. Nec dissimilis est Pontificiorum superstitio, qui sacrificia, missas, vigiliis, & id genus alia, pro defunctis, ex Purgatorio illo commentitio, & Prophetis Apostolisq; omnibus ignoto, liberandis, instituerunt. Nos verò ex verbo Dei meliora edocti, luctu mediocri, quem non defunctorum nostrorum causa, sed affectu humano ita exigente, edimus, contenti sumus: & interea *τὰ πρόσω καὶ τὰ ὀπίσω*, quod prudentum est, videamus.

Si enim in vitam nostram hætenus actam intuiti fuerimus: inveniemus & tædium Verbi cœlestis turpissimum, & ingratitude exsecrandam, & vitæ pravitatem detestandam. Quæ omnia nunc pluribus exponerem, nisi G R E T S E R I J E S U I T Æ mordacitas, quam nuper sensi, denuò mihi esset metuenda, qui, cum in festo Catharinæ anni Jubilæi currentis, ex hac Cathedra, jussu Legum Facultatis Philosophicæ, Oratiunculam Decanus habuissem, & ferente occasione, pravitatem nostri seculi exaggerassem, ubi alia quæ sugillaret, malitia ejus non habuisset, eo tantum nomine calumniosè mea verba interpretatus est, quasi Lutheranorum, uti Orthodoxos vocat, quatenus Lutherani sunt, vitam descripsissem, uti in Refutatione Orationis Jubilææ D. H U N N I I, sub finem habet: cum tamen, si candor

in eo esset ullus, ex ipso textu Oratiunculæ meæ videre posset, me non Lutheranorum ut Lutheranorum mores depinxisse, sed improborum, quorū inter nos esse plures quàm fat est, velut inter segetes Zizania, diffiteri nec possumus, nec volumus: & in Antichristiana Ecclesia, quæ malignantium est, longè plures & deteriores esse, nulla fronte Jesuita ullus negabit. Ideoq̄, ut candidiorem deinceps Censorem agat, & *σφοδρίως* omittat, Gretserum, si vult, rogo. Ex his autem nunc breviter de vita nostra dictis, unumquemq; Vestrum, Auditores, secum in animo suo expendere velim, qualis justissimi Dei affectus erga nos sit æstimandus! an non satis ad tædium, & ingratitude puniendam hætenus sit à nobis ipsis laceffitus? an non satis ad improbitatis nostræ ultionem sit provocatus & irritatus?

Sed ut in futura quoque paulisper prospiciamus: quid deinceps nobis eventurum putamus? Usitatum est Deo, si quam *πενολεδρίων* inducturus est, pios & fideles ministros, & in politica, & multò magis in Ecclesiastica gubernatione, ante ingruentem pœnarum calamitatem præripere. Quod & Esaias Vates non dissimulat: *Ecce, inquit, quomodo moritur justus, & nemo considerat: Viri justi tolluntur, & nemo attendit: à facie iniquitatis sublatus est justus.* Sic ante Diluvium, Noham Deus in Arcam immittebat: ante incendium Sodomarum, Lothum educebat: ante excidium Hierosolymorum, Discipulos Christi in oppidum Pellam transferebat. Quid ergò nobis animi habendum censes? postquam tot pios & fideles viros, non de Ecclesiastica tantùm, sed & de Scholastica & Civili gubernatione optimè meritos, è medio sustulit. Quid aliud nobis restat, quàm ut ab Ortu Turcicam rabiem: ab Occasu & Meridie, Jesuiticam crudelitatem & sævitiam: ab Aquilone, calamitatem nescio quam aliam: inter nos ipsos, domestica & intestina mala omnis generis exspectemus? *Quæ omnia ut clementissimus Deus, in media ira misericordiæ suæ recordatus, per Jesum Christum Mediatorem nostrum, benignè à nobis, & posteris nostris, si qui futuri sunt, avertat, vulneraq; Ecclesiæ, quæ, proh dolor, nimis altè adacta sunt, sanet, & Hunnios, Rungios, Schatones, aliosq; viros bonos in Ecclesia & Republica utiles excitet: ijs verò, quorum operâ in Ecclesia & Republica, &*

in omnibus Facultatibus Scholastici status commodè nunc uti-
mur, diu frui nos sinat: In primis Magistratum nostrum
Illustrissimum in vera Religione, cum pace, sanitate, & omni
εὐπείῃ in solatium Ecclesie suae diutissimè conseruet: preci-
bus ardentissimis ex pœnitente corde profectis, quotidie
& obnixè, singuli & universi, contenda-
mus & flagitemus.

D I X I.



ΘΗΥΟΙ

IN OBITVM REVE-
RENDI, EXCELLENTISSIMI ET
CLARISSIMI VIRI DN. DAVI-
DIS R U N G I I,

Scripti

ab

Amicis, Convictoribus & Discipulis.



He jam satis est, ohe Tyranne

Funeste, ó satis est, satis ruinae

Vulnerumq; satis, tuâ pharetrâ,

O Mors hactenus, osseâ, intulisti!

Quò ruis? quid agis? manumne rursus

Aptas teligeram arcui atq; nervo?

An parum eximij cruoris esse

Fusum rêre, tot inter eruditias

DOCTORUM cathedras, tot & Lyceâ?

A quibus spolia ampla rettulisti.

Inta-

Intactusne tibi est CHYTRÆUS, ille
Nestor Historicus, FREDERUS, atq;
Clarus LOBECHIUS? qui eodem in horto
Rosarum (Decora ampla) floruerunt.

Nonne & Gryphiadum nemus petenti
RUNGIIUM tibi cessit, atq;, RHAVUM
Doctores Clario favore dignos?
Nec tibi, tenera ô Camæna, in arvis
Lipsicis, sacra quæ colis vireta
Parfit, in cineres nigros redegit
SCHILTERUM, in cineres nigros redegit
BECCERUM, Pietatis eruditæ
Bina lumina Sole clariora.

Ohe jam satis est, ohe Tyranne!
At nondum satis est tibi Tyranno:
Quin & Leucoris alma saucianda est,
Saucianda, iterumq; saucianda est.
Quid dicam? aut ubi sum? quis hisce ocellis
Lacrimas dabit, ut rigare possim
O HUNNI cineres tuos, & urnam!

O HUNNI, quid enim tuo valeres
Marte, quidq; scientiâ, quid arte,
Quantus ingenio, eloquentia, usu
Quantus, id tenet orbis universus,
Et fex calva dolet, gemitq; rafa,
Quæ te compositis verentur armis.
Sed Morti dare colla debuisti,
Cui tot Hæretici dedere colla.
Ohe jam satis est, ohe Tyranne!

At nondum satis est, redis Tyranne
Improbe, & laceras novo Cathedram
Saxonum spolio. O stupenda fata!
RUNGIIUS cadit ille, qui fidelis
HUNNIO comes unus, atq; Achates

Fidus

Fidus intrepidusq; erat, paranda
Bella cum Sui erant minaci, adunco
Quæ naso violabat alma CHRISTI
Vineta, Italicis volans ab oris.
Sed quæ Cura Quiritium eruditum
Dignis muneribus satis rependit
Vestram hanc Militiam? quis ullus equâ
Minus lance dedit? quis hos labores
Est dignatus adorea, aut honore
Æquali recreavit hoc periculum?
Quis non, plus vice simplici, flagellis
Insontum petijt caput? quis esse
Æquis arbiter ullibi est repertus?
Æstræa ad superos choros volârat,
Terræ haud arbiter æquis est relictus.
Nimirum hæ querimonia Ponorum
In pœnam Nemesis gravem advocârunt,
Laxaruntq; truci repâgla Morti,
Tandem ut præmia digniora cælo
Redditi, caperent, manu è Tonantis,
Quæ terra improba & invida abnegavit,
O vos aureolâ sacrâ in supernis
Nunc cincti, angelicoq;, nunc trophæo
Excepti, meritum Beatitatis
Triumphum celebratis omne in ævum!
O vos Militiæ unius fideles
Consortes, etiam unius triumpho
Consortes pariter decebat esse!

Affini & Fratri meo desideratissimo faciebam

Daniel Cramerus D.

A L I V S.

Εὐφρῆ τις σοναχή ἤδη πολὺδάκρυς ὀρώρει
 ἔνδοσι ΔΕΥΚΟΡΙΔΟΣ μεσοπόλοισ χορῆ;
 τίς χόρθ' ἔλκεσὶ πεπλος ἀγάσυνα χεῖλα λύσασ
 ἄδει ὀδυρόμεν' πένθεμον ὦδε μέλθ';
 τίς δε πάλιν νεφελῆδόν ὀπισθοκέλευθ' ὀδίτης
 ἔσμος δ' ὑπὸ βλεφάρων δάκρυα θερμὰ χέει;
 ὦ μοι δειλὸς ἐγὼν, ὦ μοι δυσαρρυσόγενεθλθ'
 ἐν φρεσὶ θυμὸς ἐπεὶ κρήγυον ἔδεν ἐπει.
 πανδαμάτωρ ἢ ὅλεν θάνατος μεγαλώνυμον ἄνδρα
 ἢ καὶ Μεσοφίλοις ἄλλο τέτευχε κακόν.
 ἀλλὰ τίν' ἀγκυκέλευθον ἐν ἀντιπόροισιν ὀπωπαῖς
 τειρομένω λεύσῳ γειοδόροισι γόοις;
 εἰ μὴ ἐγὼ κραδίη σφαλερῇ ὄπι πλάζομαι ἔνδον,
 ἢ Ακαδημείη μεσοχέαιρα πέλει.
 χαῖρε σὺ γῆν, μάτερ μεσοτρόφε· ἀλλὰ τί κλαίεις
 πενθαλέθ' δὲ σέθεν θυμὸν ἴκανε γόθ';
 ὡς ἐφάμην, ἀπὲρ ἠδὲ φίλον τεπημένη ἦτορ,
 ἀγνυμένης οἰκτρὸν λυγρὸν ἀνεῖλκε φρενός.
 αἴψα δὲ ἀλγινόεντος ἀνήρυσεν ἀνθερεῶνθ'
 πένθεθ' αὐτοθρόον μάρτυρον αὐτῆ ὄπα.
 ὦ μοι ἐγὼ, βαρύποτμθ' ἐπεὶ θυμαλγεί λύσσης
 λαίλαπί με συγέφ μοῖρα βαρεῖα, θεός.
 ἄλλοτε αἰζήης μεσάων ἔρνεα καλὰ
 ριζιδανῶ κτείνει παντολέτειρα μόρω;
 ἄλλοτ' ἐπωθεάνιοιο θεόστολον ἀγγελιώτῳ
 ῥήματθ' ἀρπάζει, ἄγγελον ἀτρεκίης.
 ὡς νῦν Θεολόγον μεγαλώνυμον ἐσθ' ἑλοδίδακτον
 Ρέγγιον αἰῶνθ' δεινῶ ἄμερσε βέλει,
 εἰς μετὰ πᾶσι πέλει ἐτυμοθρέθ' ἱεροφάντης
 ἔξοχθ' εὐσεβίω, ἔξοχθ' ἰδμοσύνω.
 σάλπιγγ' ἔμην σοφίης καλλίπνοθ', ἔρανήσ δὲ
 πίστιθ' ἀγγελίης, ὄμμα δὲ περιδων.

D

τδ' ἐνὶ



τῶ ἐνὶ θελξινούοις αἰεὶ χεῖλεσσι καθίζει
πφθῶ ἀκρόντων κέντρον ἐνείσα φρεσίν.
ἔδὲ μόνον σομάτισι θεόρρυτον ὄμβρον ἰαλλε
ὀρθοτομῶν θεῆς ῥῆμα διδασκαλίας,
ἀλλὰ καὶ ἐμμενέως θεομυσέα δόγματ' ἔλεγχε
ἄρι πνευματικῶ ἀντιθέσ δαμάσας.
ὥς ποτε χερμαδίω ῥιμῶν ἐκηβόλα ἔκτα
ὕβρισην Δαβὶδ σμικρὸς ὑπερφύαλον.
ὅπῳ τε λαβητῆρ μεγάλῳ Ἰπαιμέν αἰκλιῶ
εἰς θεὸν ἀντιμάχης ροιζεῖ ἐπεσβολίας.
ἀλλὰ διηνεκέως τί φράσω γλυκυμείλιχον ἦθ,
ἡμερτάς τ' ἀρετῆς αἰς ἐκέκασο ἀνὴρ;
μυσάων πέλε εὐπρόσιτος καὶ αὐτοκέλευσ
ἀλκτῆρ, μυσοφίλοις ἀπεῦδε βοηδρομέειν,
πᾶσι φιλαίθρωπ, πᾶσι γλυκυμείλιχ ἀνὴρ
ἦθεσι πᾶσι φίλ, αἰμυλίσις τε λόγοις:
πᾶσι δὲ ἀνθρώποις ἔργῳ βελῆ τε νόῳ τε
καρδύναμιν χρεῖσόν ἀπεῦδε ὄνειαρ ἔμεν.
ποῖς δὲ μάλα τροφίμοις κοσμητῶν ἠπιωδῶρα,
οἱ αἰτῶντο καλῶ δῶρα σιτηρεσίη.
ἀλλὰ μοι ἔσε σόον μόρη ἔμεν ἦθελε δηρὸν,
χρεῖσοδιδακτε ἀνερ, μυσσοδιδακτε ἀνερ.
νυσαλέῳ μὲν γὰρ πεπεδημέν ἄψα δεσμῶ
τερψινόσ τὸ φάος κάλλιπες ἠελίη.
οὐ χάριν ὀρφανικῆ ὀδύνησι πεπαρμένη ἦτορ
ἄρχω νῦν οἰκτρῶς γυροκόροιο γόσ.
τύνη μὲν μυστῶν κλέ, ἀφθιτον ἀγλαοφώνων,
ἄξι ἦς ζωὴ ἀθάνατον ἀγάγειν.
αὐτὰρ ὁ παντολέτωρ μελιηδέα θυμὸν ἀπηῦρε
φέγγ, λευκορέης, θευλογίης τε μέγα.
κλαίετε γὰρ μῦσαι παρνάσιον αἰπ, ἔχσται,
φοῖβ, δ' ἀφθογγον χερσὶ λύρην ὀχέων:
κλαίετε λευκορίδες, κτερέων δ' Ἰπιτύμβιον εὐχ,
Ραγγίῳ εὐφήμῳ ὑσατίον φέρετε.

ὕμεις

ὑμεῖς δ' ὠμιστῶν ἠγήτορες ἠδὲ μέδοντες ;
 ἄγγελοι ἠδυθρόοι κλαίειναι Θεολογίης.
 Νῦν ἄγετε σομάτεσι μελίζετε πένθιμον ὠδίῳ
 πάντες ὁμοφθόγγοις ἀνδρὶ ἀριστόνῳ,
 οἵτινες ἐκ χάριτος μισοτρόφον ἄλκαρ ἔχοντες,
 ἐκ χάριτός τ' ἀρχῆς Σαξονικοῦ πέδου,
 ἀλλὰ τί δακρυχέεσσα νόον κρυεροῖσι γόοισι
 τείρω, ἐπεὶ μοίρη ἀσιφέλικτος ἔφη.
 Ψυχοδότης γὰρ ἀναξυψίζυγος αἰθέρι ναίων
 Ρηγγίῳ ἐκ χάριτος κείνο ἔδωκε τέλτος:
 κείνο ἔδωκε τέλτος θανάτου, ἵνα ἐξαλέαται
 ἀργαλές διύαται κύδεα λυγρὰ βίης.
 νῦν δὲ χοροῖς μακάρων μεταρίθμιστος ἔρασιώνων
 χάρματτος οὐρανίης ἔργ' ἔρατεινὰ φέρει.
 χριστῶ συνναίει, χριστῆς θεότητι πελάζει,
 τὸν πείθοντι νόῳ ἀγχιθάνης ἔλαχεν.
 νῦν δ' αὐτῆς ψυχῆ ΤΡΙΑΔΟΣ κλέτος ἀφθιτον ἀγιῆς
 ἀνλιπόροις βλεφάροις εἰσοράα γλυκέως.
 χαῖρέ μοι ὦ ψυχῆ ἡ ὁμόπλοισι οὐρανῆς ἔνδον
 Ἀγγελικοῦ χορῆ καὶ μακάρων ἑτάρη.
 χαῖρέ δικαιοσύνης σέφανου χαριέντα φέρουσα,
 ἦν σοι ἰθυδίκης θῆκεν ὑπὲρ κεφαλῆς.

M. Andreas Timplerus Stipendiarius
 Electoralis.

A L I V S.

EST ita; vindictam portendit parca severam,
 Decursu proprio dum rapit illa viros
 Eximios, rerum queis credita cura sacrarum,
 Quique gubernabant Relligionis opus.
 Testis es Aonidum fautrix, mea LIPSIÆ; testis
 ROSTOCHIVM: tristi vos posuere loco

D 2

Parca

Parcæ, quæ vobis clarissima fulcra tulerunt
 AEdis sacratæ, proh mala tanta necis!
 Testis, Castalidum præses, VVITTEBERGA: reliquit
 Te mœstam viduam tempore præterito
 HUNNIUS, excellens qui Nominis ornamentum
 Splendorisq; tui, Phœbus et alter erat.
 Vix tristes lacrymas squalens abstergis ocellis,
 En tibi mox alium tristitiæ gemitum.
 Heu spes humanas & inexorable fatum!
 Heu sortes varias, acria tela necis!
 Eloquar an sileam? mihi vox in faucibus hæret,
 Mens mihi præ nimio mœsta dolore riger.
 Eloquar: exivit mortalis carcere vitæ
 R U N G I U S, ingenio maximus, arte potens.
 R U N G I U S? aut alius? Sic est, ipsissimus ille
 R U N G I U S, haud alius: R U N G I U S occubuit.
 O nimium infelix, ô lugens plange corona,
 Plange: tuum cingunt mille pericla caput.
 Omnia plena mali, sunt omnia plena doloris,
 Undique tristitiam, L E U C O R I S alma vides.
 Concio plange virum; D O C T O R E M plange Cathedra,
 Qui tibi præproperè, proh dolor! eripitur.
 Qui Mystras sacros revereris, plange M A G I S T R U M,
 Qui poterat vultu conveniente loqui.
 Quique viros bonitate piâ, gravitate decenti
 Suspicias, hunc quæso pectore plange virum.
 Qui σύνεσιν recolis, mentemque animumque sagacem
 Diligis, hunc quæso pectore plange virum.
 R U N G I U S implicitos poterat dissolvere nodos
 Ingenio insigni, dexteritate pari.
 Coniux plange virum: mensa, ô mœstissima luge,
 Quæ tibi pars animæ, ductor amandus obit.
 Hospes amandus obit, mensas condire solebat
 Colloquio suavi, consiliisque bonis.
 Docta cohors & mœsta cohors conjunge dolorem:
 Non sibi, sed nobis dulce levamen obit.
 Tu mea Musa rigens acrem conclude dolorem:
 Nos hic in luctu; R U N G I U S ad superos,

RUNGI

Ruini tu priores. Fac ut ô bone CHRISTE sequamur,
Aeternâ liceat prosperitate frui.

Præceptori, fautori, hospiti desideratissimo
M. Iohannes Behm lugens faciebas.

A L I V S.

Pulpita divinis patulum resonantia mundum
Longè responsis hæctenus, alta silent.
Heu miseranda! olim steterant quæ plurima contra
Calviniq₃ dolos, Pontificisq₃ minas,
Esaviq₃ artes, & quæ jam prodiga monstrorum
Aetas hereticum semina multa tulit.
Præsidis nunc orba suis stant. pascitur amplâ
Spe vulpesq₃ lupusq₃ insidiator ovi.
Heu quàm crebra fide fertur viduata ministri
Atq₃ operis Ara & sacra Cathedra sui!
Nobilis & quàm multa auditur Episcopa passim
Infrenem excussit nunc volitare Duce.
Certa Dei irati quis nam isthæc signa negabit,
Et pecus infelix percutientis ovem?
Diraq₃ præterea portendi fata, malumq₃
Omen testantur damna daturum alia.
Qui nec ab augurijs, astrisve hausere remotis,
Nec tantum eventis perdidicere vagis:
Divinos sed sparsa libros oracula fidi
Legere. & populis inde reclusa serunt.
Nec tamen ô quisquam cui serius intima tractet
Corda dolor! faciant cuiq₃ pericla metum!
Ut pius abjuret secla impia; flagra moretur
Atq₃ iram, versâ mente, fideq₃ DEI!
Argumenta infaustra! seges secunda futuri
Nunc etiam, sensu sed graviore, mali!
Nostræ, chære pater, vitæ Deus optime, quem nil
Mensurâ parili ni tuus æquat amor,
Hanc pestem defende gregi, quo Filius ingens
Mutavit pretium vitam animamq₃ tuam.
Tu procul ô clemens, venientis postere pœnas
Signa tui ostentas, ut caveare, Pater.

Da melius sentire tuis, vivoq; dolore
Ante iram & poenas vertere da celeres.
Verbera siste, manu miseris succurre medenti,
Prodigia eventus ista sine esse suos.

M. Antonius Burchardus Lubecensis.

A L I V S.

SCilicet est homini firmata lege gerenda
Pugna gravis, tepidus dum calor ossa fovet.
Expugnandus adest Stygia de sede Tyrannus,
Et quæ contiguo limite regna iacent.
Expugnandus adest furiali gutture Mundus,
Et qui multa bono pectore damna serunt.
Expugnanda Caro, molli dictamine plures
Exuperans, homini gaudia vana ciens.
Expugnanda etiam cæcis adoperta tenebris
Mors, quæ terribili singula falce metit.
Vicit at hos pariter forti molimine cunctos
R U N G I A D E S, sacri fama decusque chori.
Ergo quis dubitet, post tot tantosque triumphos,
Iam data R U N G I A D Æ clara βραβεία poli?
Salve ô, R U N G I A D E S, Doctor celebrate Lycæi
Salve ô astringeri; gaudia diva cape.

Hospiti suo suavissimo faciebat
ευχαριστίας ἕνεκα

Godefridus Bernhardus ab Ende, συνέστι ©.

A L I V S.

Ωμοι λευκορίδες φίλαι!
Ωμοι Χριστιάδων ἔσμε θεηδόκε!
Σεμναί τ' ευρυχόρα Σαξονίης περιίδες κόραι!
Αἰ, αἰ! Νῦν θέρμις ἀλγέμεν.
Αἰ, αἰ! Νῦν σοναχῆς λευγαλέης θέρμις
Ἄρχεσθ' ἐκ κραδίης δακρυόεντ' ὄμβρον ἰαλλέμεν.
πάντες δὴ γ' Ἰπικῆδια,
πάντες δὴ φέρετ' ἐνθ' ἔργα ταφῆια,
Καὶ σήθεσι πῶε πένθιμα κῶν πένωλ' Ἰπιβάλλετε,

λαμ-

λαμπρὰν γὰρ ζαθέα πάλιν
ἄστρον θευλογίης κάτθανεν: ἄλκιμῳ
ῥαισῆρ δυσεβέων χρισμάχων κάτθανε ΡΟΥΓΓΙΟΣ.
πύον φῶς πολυιδρέων,
θαυμαστός τε σαβιτῶν σεφανηφόρῳ,
Ἐρμιλέως γραφέων πνευματικῶν κάτθανε ΡΟΥΓΓΙΟΣ.
Ἐδλὸν Πομβραίνης κλέῳ,
Εὐκτὸν Γριφαλίδῳ σέμμα, χ' ἐδέθλιον
παντοίας σεφίης, χ' ἀρμονιῶν, κάτθανε ΡΟΥΓΓΙΟΣ.
Ἄζων λευκορίζ θοός,
Πιστός θ' ἠνιοχεύς τῶν Σολυμηίδων,
Οὐδῶ ἐν βιοτῆς εἰαρινῶ κάτθανε ΡΟΥΓΓΙΟΣ.
Αἰ, αἰ τῶν ὀδυνῶν! Αἰ, αἰ
χρυσῶ πελυτελεῖ μήποτε νοσίμω
Ἀσκητῆ! βελέων αἰ θανάτῃ κερδαλεοφρόνων!
καί τοι κερδαλεόφρονα
τίς τερβῆ καλέσαι τῆ θανάτῃ βέλη;
Ἄνδρας θεοφραδεῖς καὶ λογίς τὰ κρατερῶς κλάνει
Πρώτω ΟΥΝΝΙΑΔΗΣ, κλυτός
Κοσμήτωρ ρεέθρων Ιορδανίδῳ, βέλει
Δμηθεῖς ψυχοπόρω νηλεοπίνων θάνε μοιρέων.
Νῦν δὲ ΣΧΙΑΤΕΡΙΔΗΣ θάνεν,
καὶ ΒΕΚΚΕΪΡΟΣ ὄμδ, Πλεισιδῳ ἐν πέλει
Ἄμφω θεαπεσίης κεδνῶ ἴπτισημονε γνώσεως.
Ἄφνω ΡΟΥΓΓΙΑΔΗΣ, ποδὶ
βαίνων ἑσπομένω, περφυρέας μόρες
Ἀτλήτοιο πύλας νηλεῖ δεσμῶ περιάπτεται.
φεῦ ὄρης ἀλιτηρίδ!
φεῦ αἴσης χαλεπῆς! φεῦ ἐνιπῶν θεῶ!
φεῦ! φεῦ! Γερμανίη καινοπαθῆς πῆμα κυλίνδετα.
εἴτ' αἰσχροῖς ἀλιτήμασιν
ὡς ὀργλῶ βασιλῆ πρηῦνοον θεόν,
Δεῖν οἰσρήκαμεν, ὅτ' αἴσιμ' ἀνώϊς' ἀποτίννυμεν;
εἴτ' ἄλλ' ὀψιγόνως μένεε
Εὐερκῶν πρό θυρῶν λόγια πῆματα;
εἴτ' ἄμματος μετόπιθεν πλεόν' ἢ χείρονα δέξεται;

καὶ

Ed 7342

OK

Καὶ δὴχ' ὁ, Πι λάβη, δέον
 Οἰκτρῶς πενθαλέη κύκλα προσώποιε
 Μύρεσθ' ἰκμάδ'· ἀμῶν δυσυχίλω κλαιέμεναι δέον.
 Αὐτὰρ ΡΟΥΓΓΙΑΔΗ πάτερ,
 Αἴθρης ὑψιφανῆς ἔρανίε μάκαρ,
 Σὺ χαῖρ', ἐκτὸς ἀχῶν ἀμβροσίω χάσματ' ἀγάλλεα.
 Χαῖρ', ὦ ἀγνὲ θεῶ γόνε·
 Ἔσμοις ἠεροφοίτης ἀναμίξ, πόλε
 Σκηπιδέχω κιθάρη καλλιχορον παῖζε μελύδριον.
 Μηδὲν Ρωμαϊκῶν δὴ κολάκων φθόνῳ
 βλάβηι Ριγαδανῶν ἀντιπάλων δὴχ' ἄλι· πόν·
 Ἀρχὸς παρσηνέτης θεὸς
 Ἀτμῆς νησαλέης χεῖρ' ἀπομάσεται,
 Ἰεὴν γηθοσύνη ἔρανίης πατριδῶ ἐκφορεῖ.
 Ἀλλ' ἀμφὶ χθόνιον σπέ·
 Νεκρὸν σῶμι, ὄλοσ παυσάμενον μόγῃ,
 Ἦχῶ προσδοκᾶα ῥηγνυμένω ἀστεριῶν νοῶν.
 Ἐνθ' ἐκ παννυχίε τάφῃ
 Ἦγερθὲν παλινόρσον, μακάρεσ' ἐνὶ
 Ἀσσοῖς ἔρανίης ἀντυγῶ, ἔξει βίον ἀμβροτοῖ.
 Χαῖρ', ὦ χαῖρε πάλιν, δόμῃ
 Κῦδ' ΡΟΥΓΓΙΑΔΗ χαλκοβατῆς νέον.
 Σὺν ΧΡΙΣΤῳ, δὴχ' ἀχῶν εὐφροσύνη γήθε' ἀτέρμονι.

Præceptorî, patrono, atq; hospiti longè desidera-
 tissimo, pietatis atque gratitudinis contestan-
 dæ gratiâ, in publico Academiae lucii
 funditabatur,

per

M. Leonh. Rechtenbach Salzensem
 Thur. Alum. Elect.



1077

n. 5

REV
EXCE
ET CLARI
DIS RUNGII,
celeberrima V
fessoris, &
Ins

M

Die 27 A

M. ER
Grac. L.



Typ



I
MI
VI
IN
Pro-

125023

